



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institutioes Morales

In Quibus Vnivers[a]e Quaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

Imprimatur ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

*Claudius Aquavina, Societatis Iesu Præpositus
Generalis.*

Cum tomum hunc tertium Institutionum Moralium, à P. Ioanne Azorio nostræ Societatis Theologo compositum, quatuor eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, si ita Reuerendissimo D. Vicegerenti, & Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij placuerit. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus, Romæ viij. Augusti, 1610.

Claudius Aquavina Societ. Iesu Præpositus Generalis.

Imprimatur, Si videbitur R. P. Magistro Sacri Palatij Apost.

Cæsar Fidelis Viceg.

Ex commissione Reuerendissimi P. M. S. P. Apostolici Ludouici Ystella, Ego Nicolaus Castianus Sacrae Theologiæ, Philosophiæ, & V. I. D. vidi totum hunc tertium Tomum Institutionum Moralium R. q. P. Ioannis Azorij Societ. IESV, qui continet Tredecim Libros, & quilibet liber plures, ac diuersos tractatus cum innumeris questionibus breuiter, clare, succincte, ac pulchro ordine more suo examinatis, non tantum cum Theologis, & Summistis, sed etiam cum I. C. ita, vt videatur totum ius Canonicum, & Ciuile vidisse, atq. completi opus dignum omni doctrina, ac pietate refertum, & proficuum non solum in foro animæ, sed etiam fori. Et ideo in gratiam, & utilitatem omnium studiosorum imprimi posse censeo, ac testor hic Romæ apud sanctum Apollinarem hac die 12. Septembris 1610.

Idem qui supra Nicolaus fecit.

Imprimatur

F. Thomas Pallaucinus Bononien. Magister, & Reuerendiss. P. F. Ludouici Ystella Sacri Palatij Apostolici Magistri Socius, ord. Prædicatorum.

